Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quasi in eius laude. Veni inquit
columba mea. inmaculata mea.
iam enim hiemps transiit et reces
sit. Ac deinde inquit. Veni de
lybano ueni. Hec in merito ergo
uenire de lybano iubetur. quia
lybanus candidatio interpre
tatur. Erat enim candidata mul
tis meritorum uirtutibus. et de alba
ta niue candidius spiritus sancti mune
ribus simplicitatem columbe in
omnibus representans. quam quicquid
in ea gestum est. totum puritas
et gratia fuit. totum misericordia et iu
sticia fuit. que de celo prospexit.
Et ideo inmaculata. quia in
nullo corrupta. Circumdedit
enim uirum in utero. sicut iheremi
as sanctus testatur. et non aliunde ac
cepit. Faciet inquit dominus nouum
super terram. et mulier circum
dabit uirum. Vere nouum et
omnium nouitatum. supereminens
nouitas uirtutum. quando deus
quem ferre non potest mundus.
neque uidere aliquis ut uideri pos
sit. sic ingressus est hospitium
uentris. ut corporis claus tra

ij nocte
I.

nesciret. Sicque gestatus ut totus
deus in eo esset. et sic inde exiuit.
ut ezechiel fatetur. omnino
clausa. Unde canitur in eisdem
canticis de ea. Ortus conclusus.
fons signatus. emissiones tue pa
radysus. Vere ortus deliciarum.
in quo consita sunt uniuersarum
florum genera et odoramenta uirtutum.
Sicque conclusus ut nesciat uiolari.
neque corrumpi. ullis insidiarum
fraudibus. Fons itaque signatus si
gillo trinitatis. ex quo fons uite
manat. in cuius lumine uidemus
lumen. quia iuxta iohannem. ipse
est qui illuminat omnem homi
nem uenientem in mundum. Cuius
profecto emissio uteri. supernorum
ciuium omnium est paradysus.
Vere ortus deliciarum. De isto namque
agro uentris. patriarcha ysaac
longe odorans aiebat dicens.
Ecce odor filii mei. sicut odor agri
pleni. quem benedixit dominus. Quam
uis putent intelligentes quod
priores sancti minus de xpo intellexe
runt mysterium incarnationis.
cum et ipsi eadem gratia saluati sint.

II.